THEMATA IURIDICA

DE VSVCAPIONIBVS, ET, TEMPORUM PRAESCRIPTIONIBUS

Quæ D. O. M. annuente

SUB PRAESIDIO

CLARISSIMI ET CONSVLTISSIMI VIRI.

Dn. IOHANNIS GOEDDÆI. I. V. D.
Et in Illuſtri Illuſtriſſ. Haſſiæ Principum
Academia Marpurgenſi Anteceſ-
ſoris Ordinarij Præceptoris
perpetuò colendi

*In ICtorum ἀκροάσει qua eſt ad Lanum exercitij
gratiâ examinanda publicè proponit 29. Aug.*

IOHANNES DOMINICUS Hornenſis VV.

Marpurgi Typis Caſpari Schefferi Anno 1601.

REVERENDO STRENVIS NOBILISſimisque Viris

Dn. RODGERO à HOERDE Ballivix Haſſiæ & apud Marpurgum Teutonici Ordinis Trapetæ vigilantiſſ.
Dn. ALHARDO à HOERDE Satrapæ in Lippia digniſſimo Fratribus Germanis,

Nec Non

Ampliſſimo & Graviſſimo Viro Dn. HERMANNO HEISTERMANNO Quæſtori in Dringenbergſ vigilantiſſimo.

Dominis Patronis, reſpectivè Agnatis & Fautoribus perpetuâ obſervantiâ colendis.

Hanc de Vſucapionibus diſputationem in animi grati σύμβολον ſtudiorum Teſtimonium & debiti honoris pignus

Nuncupat & Dedicat

Iohannes Dominicus

Reſpondens

DE

DE VSVCAPIONIBVS ET TEMPORVM Præſcriptionibus.

I.

VSucapio a) rectiſsimè definitur à Modeſtino b) Adjectio c) Dominij per continuationem poſſeſsionis temporis lege definiti. d)

a) ab uſu & capio dicta l. 13. 29. hic. Per uſum n. i. e. poſſeſsionem rei Dominium cõſequimur. l. Quæſtio 115. de V. S. l. Deniq; 19 l. ſeq. l. ait prætor. §. 1. ff. Ex quibus cau. maior. Non. n. Vſucapio ut pignoris capio appellatur, ut voluit Cato apud Gellium lib. 7 Noct. Attic. c. 10. Ratio eſt. Quia pignus derivatur à pugno: Et pignoris capio vocatur, cum manu pignus capitur. At in Vſucapione nullus uſus capitur: Quia non eſt capio uſus: Sed eſt capio rei per vſum. Non n. capimus vſum: ſed rem capimus vſu & poſſeſsione temporis lege definiti dd. ll. Et Dn. Obr. in diſp. de uſucap. b) in l. 3. ff. h. t. Ant. cont. 1. diſp. 10. c) Cuiac. in Not. ad Vlp. Frag. tit. 19. & in d. l. 3. Duar. hic c. 1. malunt eam cum Vlpiano dici Adeptionem, quam cum Modeſtino in d. l. 3. Adjectionem, Dominii. Atq; ita ex Vlpiano emendandum eſſe Modeſtinum, cui lectioni etiam aſtipulatur Hott. in Com. I. d Vſucap. enun. 1. Contra. v. rectius definiri Vſucapionem Adjectionẽ dominii à Modeſtino, quam ab Vlpiano, Adeptioẽ. Ant. Cont. d. lo. putat, hac ratione: Quod non per uſucapionem Dominium adipiſcamur, ſicuti per traditionem: Sed ei iuri, quod per traditionem conſecuti ſumus, Dominii acquiſitio adjiciatur. Atq; ſi locus vllus emendandus, hunc potius ex illo, quam illum ex hoc emendandum eſſe. De Vtraq; tamen lectione retmenda vide Clariſſ. & Excell. D. præc. Vult. ad prim. I. h. t. n. 9. Don. 5. com. 5. Dn. Obr. hic Theſ. 24. & 25. d) §. 1. l. hic. l. 3. l. 31. §. 1. l. 25. h. t. Sed quanam lege? Lege Iuſtiniani, quæ eſt in l. vnica. C. de Transf. Vſuc. Cui ne illa verba repugnent, non ea Modeſtini eſſe, Sed Triboniani definitionem vſucapionis ad hanc legem accommodantis clariſ. Dn. Præc. Vult. & Cont. 1. diſp. 10. rectè defendunt.

2. Hæc à iurê civili a) bono publico introducta b) ut quod iuri naturali ſive gentium deerat, per ius civile ſuppleretur c) ne Dominia rerum ſemper in incerto d) ne velites immortales eſſent e). Adeoq; præter naturam eſt, non contra.

a) pr. I. hic. §. fin. Inſt. de Vſu & Habitat. Sneid. ad d. prin. n. 10. Ex. l. 12. Tabb. VVeſ. ad d. pr. Cuia. par. C. de Vſucap. pro emptore. Cic. in orat. pro

Cæcin.